

folia æquè in hoc morbo specifica esse, ac unquam China in intermittentibus. Epidemica hodiè tussis viget cum cephalalgia vehementi, dolore pectorio dextri lateris, sputo saepius cruento; pulsus vile indicium febris indicat; in hoc morbo ~~20~~  
valet; ad gt. viij, quater de die exhibitus cum lacte, non fefellit, ut et in tussi ferina infantum. Vehementissimum frigus antè aliquot dies terras nostras vexavit; perniones non exulceratas solo illitu  
acidi ~~20~~<sup>ā</sup> semper sustuli.

Sed, pro dolor! maligna gonorrhæa per concubitum cum lascivis et prostratae pudicitiae puellis omnes patriæ nostræ juvenes ferè inquinavit; olim in Belgio morbum hunc centies debellavi, sed vix amplius valeo. Audivi Monspelienses vestros in hujus curâ excellere; pro amore tuo in me summo, doccas me hunc tollere morbum, non generali theoriâ, sed formulis et medendi methodo; quod si feceris, mihi mille nummos auricos unico in anno dederis.

Quòd ad *Methodum Artedi in Ornithologicis* \* spectat, fateor, methodum non esse adeò facillem. Characteres dedit, differentias specierum,

---

\* Nc devrait-on pas lire *Ichthyologicis*?